

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani**

**[S.l.], 1745**

[Paschae]

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139978)

INFRA OCTAVAM PASCHÆ. 365

*Sic dicitur in Vesperis tantum usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusivè.*

AD COMPLETORIUM.

*Dicto. V.* Jube Domne. Fratres sobrii estote.  
*V.* Adjutorium nostrum. Pater noster. & facta  
*Confessione & Absolutione, post*  
*V.* Convertete nos.  
*V.* Deus in adjutorium.  
Glória Patri. Allelúia.

*Dicuntur Psalmi consueti: quibus finitis dicitur.*  
Allelúia. 124.

*Deinde Canticum Simeonis. Nunc dimittis. 130.*

*Postea Antiph. Hæc dies. & Oratio. Visita, quæ-*  
sumus Dómine. 131.

*Predictus modus Horarum servatur usque ad Vef-*  
peras Sabbati in Albis.

FERIA SECUNDA.


Oratio.

**D**EUS, qui solemnitate Paschali, mundo remedia  
contulisti: populum tuum, quæsumus, cœlesti  
dono proficere; ut & perfectam libertatem con-  
sequi mereatur, & ad vitam proficiat sempiternam.  
Per Dóminum.

Ad Magnificat. Antiph.

**Q**ui sunt hi sermo nes, quos con-  
fer-





fer tis ad in vicem am bu lan tes, &



estis trif tes? al le lu ia.


8.

### FERIA TERTIA.

Oratio.

**D**Eus, qui Ecclésiā tuam novō semper foetu  
multiplicas: concēde famulis tuis; ut sacra-  
mentum vivēdo tēneant, quod fide percepērunt.  
Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat. *Antiph.*



I de te manus me as, & pe des



me os, quia e go ip se sum, al le-



lu ia, al le lu ia.

8.

FE-



FERIA QUARTA.

Oratio.

**D**Eus, qui nos resurrectionis Dominicæ annua solemnitate lætificas: concède propitius; ut per temporalia festa quæ agimus, pervenire ad gaudia æterna mereamur. Per eundem Dñm nostrum.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

**D**Ixit JE sus Dis ci pu lis su is:  
 Affer te de pis ci bus, quos  
 pre ndi dis tis nunc. Ascen dit au tem Si  
 mon Petrus, & tra xit re te in ter  
 ram ple num magnis pis ci bus,  
 al le lu ia. 8. FE-



## FERIA QUINTA.

Oratio.

**D**Eus, qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da, ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium, & pietas actionum. Per Dñm.

Ad Magnificat. *Antiph.*

U le runt Do mi num me um,  
 & nes ci o u bi po su e runt e um:  
 si tu sus tu lis ti e um, di ci to  
 mi hi, al le lu ia: & e go e um tol  
 lam, al le lu ia. 7.

## FERIA SEXTA.

Oratio.

**O**Mnipotens sempiternus Deus, qui Paschale sacramentum in reconciliationis humanae foedere con-



SABBATO IN ALBIS.

369

contulisti: da mentibus nostris; ut quod professione celebramus, imitemur effectu. Per Dominum.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

**D**A ta est mihi omnis potestas  
in cœlo & in terra, alleluia.

8.

SABBATO

In Albis.

Oratio.

**C**oncède, quæsumus, Omnipotens Deus: ut qui festa Paschalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur. Per Dominum.

AD VESPERAS.

*Officium fit duplex.*

*Antiphona.* Alleluia, alleluia, alleluia.

*Psalm.* Benedictus Dominus Deus meus. *cum reliquis de Psalterio.* 106.

Capitulum. 1. Joann. 5.

**C**harissimi, Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. *℞.* Deo gratias.

A a

HYMNUS.



**A**

D re gi as Ag ni da pes \*  
 Di vi na cu jus cha ri tas  
 Spar sum cru o rem pos ti bus  
 Jam Pascha nos trum Christus est,  
 O ve ra cœ li vic ti ma,  
 Vic tor sub ac tis in fe ris  
 Ut sis per en ne men ti bus  
 De o Pa tri fit glo ri a,

Sto lis a mic ti can di dis \*  
 Sa crum pro pi nat san gui nem,  
 Vas ta tor hor ret An ge lus,  
 Pas cha lis i dem vic ti ma,  
 Sub jec ta cui sunt tar ta ra,  
 Tro phæ a Christus ex pli cat,  
 Pas cha le JE su gau di um,  
 Et Fi li o, qui à mor tu is

Post trans i tum ma ris ru bri \*  
 Al mí que mem bra cor po ris  
 Fu git que di vi sum ma re:  
 Et pu ra pu ris men ti bus  
 So lu ta mor tis vin cu la,  
 Cœ ló que aper to, sub di tum  
 A mor te di ra cri mi num  
 Sur rex it, ac Pa ra cli to,





Christo ca na mus Prin ci pi.  
 A mor Sa cer dos im mo lat.  
 Mergun tur hof tes fluc ti bus.  
 Sin ce ri ta tis a zy ma.  
 Re cep ta vi tæ præ mi a.  
 Re gem te ne bra rum tra hit.  
 Vi tæ re na tos li be ra.  
 In sem pi ter na sæ cu la.

Amen.

*Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem, præterquam in Officio B. Mariae & in Hymno S. Crucis ad Vesperas.*

☩. Mane nobiscum Dómine, allelúia.

☩. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat.

Antiph.



Um es set se rò di e il la u-



na Sab ba to rum, & fo res es sent



clau sæ, u bi e rant dis ci pu li

A a 2

con-



congrega ti in u num, ste tit JE sus  
in me di o, & di xit e is: Pax vo-  
bis, al le lu ia. I.

## Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus, Omnipotens Deus: ut qui Paschalia festa perégimus, hæc, te largiente, moribus & vita teneamus. Per Dóminum nostrum.

ŷ. Benedicamus Dómino. deinceps dicitur sine Alleluia.

*Completorium dicitur ut in Psalterio, omissis Preibus: & loco Antiphona: Miserere. dicitur Antiph. Alleluia, alleluia, alleluia. Et in fine Antiphona: Salva nos, additur Alleluia.*

*Sic dicitur usque ad Dominicam Trinitatis exclusive: & quando non est Duplex, nec infra Octav. dicuntur Preces, ut in Psalt. 131.*

*Ad R. br. & ŷ. per omnes Horas jungitur Alleluia, usque ad Sabbatum post Pentecosten, præterquam in ŷ. ad Preces Primæ & Completorii, quando dicuntur. Et quancumque Alleluia jungitur, R. brevi, duplicatur: sed in Versiculis dicitur semel.*

DO-



# DOMINICA IN ALBIS.

In Octava Paschæ.

\* Duplex.

## AD PRIMAM.

*Hymnus.* Jam lucis orto fidere. 5.

*Antiphona.* Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

*Psalmi.* Deus in nomine tuo. 6. Beati immaculati. 10. Retribue. & Quicumque. 11.

*Prædicti Psalmi dicuntur Dominicis diebus usque ad Ascensionem.*

*Capitulum.* Regi sæculorum. 16.

*Rz. br.* Christe Fili Dei vivi, Misere nobis, Alleluia, alleluia. *Rz.* Christe.

*Ÿ.* Qui surrexisti à mortuis. *Rz.* Alleluia, alleluia. Glória Patri. *Rz.* Christe.

*Ÿ.* Exúrge Christe, adjuva nos, alleluia.

*Rz.* Et libera nos propter nomen tuum, alleluia.

*Et sic dicitur Rz. br. usque ad Ascensionem.*

*Et quando non est Duplex, aut infra Octavas, dicuntur Preces de Dominica, ut in Psalterio. 19.*

*Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis.* Si surrexistis cum Christo. ut in Psalterio. 25.

## AD TERTIAM.

*Et alias Horas Antiph.*

Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

*Capitulum.* Charissimi, omne. 369.

A a 3 *Rz. br.*




*Rx. br.*   
 Surre xit Do mi nus de fe pulchro,\*


  
 Al le lu ia, al le lu ia.


*ψ.*   
 Qui pro no bis pe pendit in lig no.

  
 Glori a Pa tri & Fi li o,


  
 & Spi ri tu i fan cto.

*ψ.*   
 Sur re xit Do mi nus ve re, al le lu ia.

  
 a .

*Rx.*   
 Et ap pa ru it Si mo ni, al le lu ia,





2.

## AD SEXTAM.

Capitulum. 1. Joan. 5.

QUIS est autem, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam IESUS est Filius Dei? Hic est, qui venit per aquam, & sanguinem, IESUS Christus: non in aqua solum, sed in aqua, & sanguine. *R.* Deo gratias.



Sur re xit Dominus ve re, \* Al-



le lu ia, al le lu ia.



¶. Et ap pa ru it Si mo ni.



Glori a Pa tri, &amp; Fi li o



&amp; Spi ri tu i san cto.

A a 4

¶. Ga-



☩. Gavísi sunt Discípuli, allelúia.


℞. Viso Dómino, allelúia.

## AD NONAM.

Capitulum. 1. Joan. 5. b.

**S**I testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est: quóniam hoc est testimónium Dei, quod majus est, quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se. ℞. Deo grátias.

℞. br.



☩. Mane nobiscum Dómine, allelúia.

℞. Quó-



℞. Quoniam advesperáscit, alleluia.

AD VESPERAS.

*Antiphona.* Alleluia, alleluia, alleluia.

*Psalm.* Dixit Dominus. cum reliquis de Dominica, 60. qui sub una tantum Antiphona dicuntur.

*Capitulum.* Charissimi, omne quod natum. 369.

*Hymnus.* Ad regias Agni Dapes. ut supra. in Vesperis Sabbati. 370.

℥. Mane nobiscum Dómine, alleluia.

℞. Quoniam advesperáscit, alleluia.

Ad Magnificat.

*Antiph.*

**P**ost di es oc to ja nu is  
 clau sis in gressus Do mi nus di xit e  
 is: Pax vobis, al le lu ia, al le lu ia.

8.

*Oratio.* Præsta quæsumus. ut supra. 372.

*Hymni, ℥. & ℞. brevia hujus Dominica dicuntur usque ad Ascensionem, etiam in feriali Officio.*

A a 5

FERIA